
Quantum se glorificauit in delicijs. tantum
date illi tormentum et luctum. Apoc. 18. capitulo.

Que uerba dicit iohannes fuisse angeli dicentis de celo
ad ipsam ciuitatem babilonie. Ex quibus verbis testamenti xpus de celo de se-
de statuit decreuit et voluit quod anima humana babilonie ciuitatis
effecta per peccatum .i. ciuitas confusionis. per suas penalitates purgaretur. et
quantum se delectauit in delicijs tantum luat in supplicijs et penis satisfaciendo
pro peccato suo. Et ista erit materia presentis diei in predicatione nostra. Pro cuius in
troductione ac tocius materie et ordinis in dicta tenendi. Occurrit in primis verbum
tulij primo rethoricorum dicentis. Animi gratie cause nostre cum beniuolum atentum docile
efficiat auditorem. Auditorem beniuolum captat si res ab eis gestas
fortiter sapienter magnifice effecerit. Attentum autem faciunt si de maioribus causis
dicturi sumus magis noua incredibilia esse aut ad deos immortales aut
summam rerum publicarum pertinere. Dociles faciunt auditores si apte et breuiter
summam cause exposuerint. Ubi loquitur in summa quod alocutus presbiter aut concionator
generaliter aliqua tria debet primo attendere. primo quod auditores faciat beniuo
los. secundo attentos. tertio dociles. et ad omnia ista dat modum ut patet ad textum.
Cum ergo presens tempus xl. deputatum in hoc loco fuerit ad aloquendum caritates uestras.
quantum ad primam partem. tullium quem gentiles non imitabuntur quia secundum apostolum
predicator ubi dicitur adulator esse non debet captare sibi gratiam ac fauorem
contra ... quemadmodum uicorum uigiles obiurgator in epistola i. thi.
... obsecra increpa et quod ... modernorum temporum mores detestatur
dicens. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt sed ad sua desideria co
aceruabunt sibi magistros prurientes aures. Sed quantum ad reliqua duo tulij statuta
... per uiribus. Ut ergo attentos efficiam preuitto solitas meo obni
... quibus in predictis superioribus usus sum. et ... mora ... me datum
opera in tota xl. per ut ... sacre scripture nobis ad ... quas ... mas
tragedias singulis diebus adducendo. itaque adueniente pascate expleto
... nos fere tota scripturam sacram pulcioribus ystorijs defloruisse.
Ut ergo quod ad tertium dociles efficiam in summa decursum me notifico ac propono.





Utrum liceat uiris sanctis eciam coram eis qui non sunt obstinati aliqua facere miracula ad eorum conversionem vel confirmacionem in fide. cum propter talia miracula videatur diminui meritum fidei sicut Thome dictum est quia vidisti me credidisti etc.

portentis i. prodigiis vel demonstracionibus.

2o Utrum sicut moyses signis et potenciis superadditis atque aliis ostendit sufficienter se fuisse a deo missum. Ita futurus messias signis et miraculis sufficienter sit ostensurus se esse filium dei et verum messiam in lege promissum.

3o Cur certis temporibus in mundo signa et miracula frequencius videantur et appareant. eciam non aliis temporibus cessasse miracula fieri videantur etc. **Ad primum horum** Respondet doctor novellus pro hiis exposito- tenendo partem affirmativam pro cuius intellectu nota doctrinam quam ponit s. tho. 2a 2e q. 2a ar. 10. Ubi querit Utrum racio inducta ad probandum ea que sunt fidei diminuat meritum fidei. Ubi videtur dicere quod non. Adducens in primo pro se .3. verba petri semper ad satisfaccionem omni petenti uos racionem de ea que in uobis est fide et spe. Non ad hoc hortaretur inducere apostolus si per hoc meritum fidei diminueretur. Non ergo racio diminuit meritum fidei. Et sic per consequens videtur dicendum videtur de miraculis inductis ad probandum vel confirmandum ea que sunt fidei. Verum est quod in corpore dicit aliter doctor. Facit hanc pluralem distinccionem dicens quod racio humana inducta ad ea que sunt fidei dupliciter se habere potest ad voluntatem credentis. Uno modo ut precedens. puta cum quis aut non haberet voluntatem promptam ad credendum nisi racio humana induceretur. et sic racio humana inducta diminuit meritum fidei sicut et passio precedens electionem in virtutibus moralibus diminuit laudem virtuosi actus. Sicut enim homo actus virtutum moralium debet exercere propter iudicium racionis et non propter passionem ita credere debet homo ea que sunt fidei non propter racionem humanam sed propter auctoritatem divinam. Alio modo potest racio humana se habere ad voluntatem credentis consequenter. Cum enim homo habet promptam voluntatem ad credendum diligit veritatem creditam et super ea excogitat et amplectitur si quas ad hoc raciones invenire potest et quantum ad hoc racio humana non excludit meritum

fidei. sed signum.

interius deficit divinitus per aliquem modum revellant itaque et ipsi eadem credulitas seu fidem haberent. Sic expresse Tho. in 2a q. 2a dicens quod ptolomeus refert temporibus constantini et helene matris eius corpus cuiusdam gentilis esse repertum in lamina aurea scriptum ~~gestas~~ gestas in pectore christus nascetur de virgine et credo in eum o sol helene et constantini temporibus iterum me videbis. Et sic 2 act. x. legitur de cornelio centurione cui deus per angelum iussit accersiri simonem petrum per quem ad christi notitiam et fidem devenit. Licet alegere videatur actus 2 reputatur totaliter alienus. Et ita consimiliter dicit Tho. de quibuscumque recte viventibus et suam legem non se dirigentibus. ut legitur de predicto centurione quod deus illi revellaret per quem ad salutem deduceretur. et propter hoc ipse solum est ad eius petitionem in quo petebatur quod dicendum fore de illis qui in litore maris nascuntur aut in locis ultramaris et desertis. Ubi de christo numquam audierunt. quod est fuit questio a poeta vulgari dante mota illi mirabili aquile que secum loquebatur dicendo. li. 3o. co. 19. Tu diceui nasce ala riva de lido e qui non e chi ragioni de cristo ne chi lega ne chi scriva. Et tuti suo voleri et ati boni sono questa ragion humana vede senza pecato in vita o in sermoni. Morre non baptizato et senza fede. ove questa iusticia quel condampna ove la colpa sua se elo non crede. O tu chi se che vuo sedere ascrana per giudicar di longi mille miglia quai la veduta curta duna spana. Certo acholui che mecho sasotiglia se la scriptura sopra voi non fusse da dubitar serebbe et maraviglia. O terreni anali o menti grosse. la prima voluta che per se bona da se che summo bene may no si mosse. Cotanto e giusto quanto alei consona nollo creato bene asse latira ma essa radiando lui cagiona. Ex quibus verbis si recte intelligatur poeta clare ostendit quod quamquam explicite scripture habetur quod deus non deficit hominibus in necessariis quibus fidei et omne datum optimum a deo est. Et homini in litore maris nato deus per sua misericordia aliquo modo providisset irradiando mentem eius bono fidei quod non in perfluxum dimittit virtutis irradiantis habere potest. Sic apostolus expresse ait ephe. 2. Gratia enim dei salvati estis per fidem et hoc non ex vobis est. Dei namque donum est. quod donum quicumque acceperit fuerit a deo. ut dicitur non quod ex operibus mortua sed viventia ex se producit virtutis opera. propter quod apostoli dicebant non quicumque mortua secundum vitam ex se producit virtutis opera ut inveniret verba propter ipsi dicentis. Cum credit in me et cetera. Videamus evangelium.

B **Murmur multus erat in populo. Jo. vii. Et sequitur.**

Murmur magis dico quod unus quod prius fuit de disputatione et confabulabat omnia verba Nicodemi suo, quod tunc reprehendebat circo suo Johi. Et durante dicta disputatione actualiter venit novum quod illi sacerdotes qui erant in conclavi pro electione fienda novi summi sacerdotis defuncti ut nuper dicebatur iam elegerant summum sacerdotem. Anima quod in rei veritate iniquus et sceleratus erat. Unde audito novo electionis fere multi fiebat in populo circulo quam et murmuratio tam de electoribus quam de electo. Alii namque dicebant eum electum per pecuniam alii per impressionem alii per amicitiam et hoc


no sufficiat. sed oportet quod procedat ab eo ad hoc quod sit procedere. Cum ergo persona
filii non procedat a spiritu sancto sed econtra sequitur quod non potest dici procedere. Et hoc est
quod ait Augustinus in enchiridion. ut allegat Tho. ibidem dicens. Natus est Christus de spiritu
sancto. non sicut filius. de virgine autem ut filius natus est tamquam filius quia ab ea est et in
similitudinem matris. Et sic intelligendum est ubicumque propositio de quo loquitur continetur in dicta i.

Ad 3.m pertinet dicere Augustinus primum Tho. 3. parte q. 29. ubi quaeritur
utrum Christus nasci debuit de muliere desponsata. Et sufficit quoad 3.m pertinet.
Brevi enim modo ponitur Tho. 3. parte q. 30. utrum debuit annunciari. utrum
per angelum. utrum per Gabrielem etc. Et utrum in forma visibili etc. Iste enim desponsatam voluit etc. Sic ergo ad hanc mittitur angelus qui ingressus ad
eam dixit. Ave gratia plena dominus tecum etc. Ave est salutatio. gratia
matre. Et id ab ecclesia frequentatur quod virtutes illa fere aut numquam
male pereunt. Sic in legenda post de i heremita etc. Cui sibi le de 30.
peccatum. quod 2 vidi etc. Et sic est finis istius operis. deo gratias. Amen.

1451.

Explicit Rothymata magistri Jeronimi de florencia
ordinis predicatorum. 1444. die 4. Aprilis. Scripta per me fratrem ... de
de Fossano ordinis minorum. 1451. die penultima februarij. hora
22. et Jeiunio stomacho. in die sabbati. Amen.

Quo anno currebat pro aureo numero octo. et pascha fuit die 25.
mensis Aprilis. et hoc scripsi opus. cherij. anno ut supra per fratrem ludovicum
eiusdem conventus. et ibidem lectore. Amen.



morte Ro. 6º. Stipendia peccati mors. Sed quilibet bonus car[itatem]
habet meritum vite eterne Jo. 14º. Si quis diligit me diligetur
a patre meo et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum.
In qua manifestacione eterna vita consistit Jo 17. Hec est vita
eterna ut cognoscant te verum deum et quem misisti Jhesum
Christum. Nullus autem potest esse simul dignus vita eterna et morte
ergo impossibile est quod aliquis habeat caritatem cum peccato mortali. Tollit ergo
pactum bonum peccati mortalis. ¶ Dico 3º quod ondit in eo rigidus
caritate. Ut Augustinus in eo. R. Omnis quod tibi impedit hoc
ubi nix et bonus hoc et si amplius est non sentio pro amore.
Figura de Jacob Gen. 29º. Serviunt Jacob pro Rachel 7 annis
videntur dies annus et videbantur illi pauci dies pre amoris
magnitudine. Et 1. Cor. 13º. Caritas omnia suffert.
Sed multi sunt qui honera et graves labores peccatorum
sustinent vigilant et discurrunt querentes oportunitatem
peccati. Sophonias 2º. Ambulavimus vias difficiles. Modo
dicunt pondus id est modicam penitenciam ex caritate facere sustinere
non possunt. Tales adeo compelluntur sicut ille compulsus fuit
dimpersus qui non habebat vestem nuptialem id est caritatem.

¶ Negociacio iusta et iniusta

Negociacionum alia est honesta et licita, alia non.
¶ Inhonesta sunt omnia que sine peccato exerceri non
possunt ut contractus usurarum symonie et similes. Et ista
omnibus est prohibita in districte tamen clericis quam laycis quoniam
condicionis sunt et etatis dum non sunt doli capaces 14
q. 4. Nec hoc quoque. Et 1. q. 1. Reperiuntur isti. Et d. 88.
Fornicari. ¶ Alia sunt que non sunt inhonesta et licita non
sunt ex causa. Tempore persona loco ut emptio vendicio
locorum adiunctorum et similes geneus. Ubi et si generis pute

tantum intelligo quod confirmes et tute spe
spondes et omnes hoc tamen per me recipiet
comenda amicitia et optimo in me officio
maximum te fecisse voluntatem quam ce cap
tiuum

Cicero pullas celio

Publium Messienum
equitem romanum omnibus
rebus ornatum meum
que perfamiliarem tibi co
mendo ea comendatione que potest esse dilige
tissima. peto a te per nostra et paterna ami
citia ut eum in fidem tuam recipias eius
que rem famamque tueare virum bonum tua
que amicitia dignum tibi adiunxeris mihi que
gratissimum feceris

Cicero Regi

Licinius aristoteles mi
litensis antiquissimus
est hospes meus et pre
terea coniunctus magno usu
familiaritatis.
quom ita sit non dubito quin tibi satis comme
datus sit. et quom ex multis cognosco
meam comendationem plurimum apud
te valere hunc ego a cesare liberavi frequens
enim fuerat nobiscum atque etiam diutius
in causa quam nos comemoratus quo melius
te de eo existimaturum arbitror fac igitur
mi rex ut intelligat has litteras plurimum
ei profuisse

sit